Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

XX. De epistolis Paschalibus Dionysii, in quibus & canonem Paschalem tradit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

ergaDeum amorem debito ſemper honore venerati ſunt, & hactenus venerantur. Sed de his ſatis.

εἰς ἡμᾶς ἔσωζόν τε καὶ ἀποσώζουσι σέβας. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ.

Caput XX.

De epiſtolis heortaſticis Dionyſii, in quibus & canonem Paſchalem tradit.

Huc refer Niceph. l. 6. c. 18.

PRæter ſupradictas epiſtolas, idem Dionyſius Paſchales illas quas habemus epiſtolas tunc temporis conſcripſit: encomia in illis & panegyricos ſermones de Paſchali feſto contexens. harum unam Flavio nuncupavit; alteram Domitio ac Didymo. In qua probans feſtum Paſchæ diem nonniſi poſt æquinoctium vernum celebrari oportere, octo annorum canonem publicavit. Aliam quoque epiſtolam ad compreſbyteros Alexandrinæ eccleſiæ, itemque alias ad diverſos ſcripſit epiſtolas, eaſq; graſſante adhuc perſecutionis furore.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Κ΄.

Περὶ τῶν ἑορταστικῶν Διονυσίου ἐπιστολῶν, ἔνθα καὶ περὶ τοῦ Πάσχα κανονίζει.

Ὁ γε μὴν Διονύσιος πρὸς ταῖς δηλωθείσαις ἐπιστολαῖς αὐτοῦ, ἔτι καὶ τὰς φερομένας ἑορταστικὰς τὸ τηνικαῦτα συντάττει, πανηγυρικωτέρους ἐν αὐταῖς περὶ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς ἀνακινῶν λόγους. τούτων τὴν μὲν Φλαουΐῳ προσφωνεῖ. τὴν δὲ Δομετίῳ καὶ Διδύμῳ· ἐν ᾗ καὶ κανόνα ἐκτίθεται ὀκταετηρίδος, ὅτι, μὴ ἄλλοτε ἢ μετὰ τὴν ἐαρινὴν ἰσημερίαν προσήκοι τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν ἐπιτελεῖν παραστησάμενος. πρὸς ταύταις καὶ ἄλλην τοῖς κατ' Ἀλεξάνδρειαν συμπρεσβυτέροις ἐπιστολὴν διαχαράττει. ἑτέροις τε ὁμοῦ διαφόρους, καὶ ταύτας ἔτι τοῦ διωγμοῦ συνεστῶτος.

Caput XXI.

De his quæ Alexandriæ contigerunt.

Huc refer Niceph. l. 6. c. 19.

POſt hæc pace vix dum reſtituta, Alexandriam regreſſus eſt. Verùm cùm ſeditio bellumqu rurſus illic exoitum fuiſſet, adeò ut ipſe univerſos ejus urbis fratres, utpote in alterutram ſeditionis partem diſtractos alloqui non poſſet; iterum ipſo Paſchæ die ex urbe Alexandria, tanquam extorris eos per literas alloquitur. Sanè in altera Paſchali epiſtola quam paulò poſt ad Hieracem unum ex Ægypti epiſcopis exaravit, de ſeditione illa quæ tunc temporis Alexandriæ commota eſt, mentionem facit his verbis: Quid verò mirum, ſi grave ac difficile mihi eſt homines longius remotos vel per epiſtolas alloqui, cum nec mecum ipſe colloqui, nec animæ meæ conſulere facilè poſſim. Etenim ad mea ipſius viſcera; ad contubernales & unanimes fratres ejuſdemque eccleſiæ municipes, miſſis epiſtolis opus habeo; eaſque quomodo tranſmittam vix reperio. Facilius enim quis, non dicam extra fines provinciæ, ſed ab Oriente ad Regiones Occidentis ultimas commeare poſſit, quàm ex ipſa urbe Alexandria Alexandriam pergere. Quippe vaſta illa & invia ſolitudine quam Iſraëlitæ duabus ætatibus peragrarunt, vaſtior magiſque invia eſt me-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΚΑ΄.

Περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ συμβάντων.

Ἐπιλαβούσης δὲ ὅσον οὔπω τῆς εἰρήνης, ἐπανελθὼν εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν· πάλιν αὖ στάσεως καὶ πολέμου συστάντος, ὡς οὐχ οἷόν τε ἦν αὐτῷ τοὺς κατὰ τὴν πόλιν ἅπαντας ἀδελφοὺς εἰς ἑκάτερον τῆς στάσεως μέρος διῃρημένους ἐπισκοπεῖν· αὖθις ἐν τῇ τοῦ Πάσχα ἑορτῇ, ὥσπερ τις ὑπερόριος ἐξ αὐτῆς τῆς Ἀλεξανδρείας διὰ γραμμάτων αὐτοῖς ὡμίλει. καὶ Ἱέρακι δὲ μετὰ ταῦτα τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐπισκόπῳ ἑτέραν ἑορταστικὴν ἐπιστολὴν γράφων, τῆς καὶ αὐτὸν τῶν Ἀλεξανδρέων στάσεως μνημονεύει διὰ τούτων. ἐμοὶ δὲ τί θαυμαστὸν εἰ πρὸς τοὺς πορρωτέρω παροικοῦντας χαλεπὸν τὸ καὶ δι' ἐπιστολῶν ὁμιλεῖν. ὅτε καὶ τὸ πρὸς ἐμαυτὸν αὐτῷ μοι διαλέγεσθαι καὶ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ συμβουλεύεσθαι, καθέστηκεν ἄπορον. πρὸς γοῦν τὰ ἐμαυτοῦ σπλάγχνα τοὺς ὁμοσκήνους καὶ συμψύχους ἀδελφοὺς καὶ τῆς αὐτῆς πολίτας ἐκκλησίας, ἐπιστολιμαίων δέομαι γραμμάτων καὶ ταῦθ' ὅπως διαπεμψαίμην ἀμήχανον φαίνεται. ῥᾷον γὰρ ἄν τις οὐχ ὅπως εἰς τὴν ὑπερόριον, ἀλλὰ καὶ ἀπ' ἀνατολῶν ἐπὶ δυσμὰς περαιωθείη, ἢ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀπ' αὐτῆς τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπέλθοι. τῆς γὰρ ἐρήμου τῆς πολλῆς καὶ ἀτριβοῦς ἐκείνης, ἣν ἐν δυσὶ γενεαῖς διώδευσεν ὁ Ἰσραὴλ, ἄπειρος μᾶλλον καὶ ἀβατω